



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

440. De ordinatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

ter noster harum litterarum portitor , nomine Adruinus , non pro sua nequitia expulsus est à nobis ; sed postulantibus fratribus nostris , eo quod ex familia nostra fuit , dedimus ei libertatem receptam à cornu altaris canonicè , & ordinavimus eum ad gradum presbyterij ; cui etiam has dimissorias sive commendatitias litteras fecimus , & eum ad vestram dilectissimam fraternitatem dirigimus , ut in vestra parrocchia sub vestro sacro regimine & defensione consistere valeat . Ego inquam in nomine II. Patris & I. Filii & A. Spiritus sancti , & in unitate sanctæ Ecclesiæ , in qua Petro datum est jus ligandi atque solvendi , absolvo Dado humilis Episcopus Presbyterum Adruinum de civitate Vvirdunensi Indictione IX. & licentiam do vobis , Rathbode venerabilis Archiepiscopo , inthronizandi eum in quacunque Ecclesia vultis vestræ parrocchiæ . Dilectam paternitatem vestram virtutum floribus insignitam omnipotens Deus conservare dignetur . Amen . P. I. A. P. D. A. P. D. O. D C C L X X V I I I . Data V. Id. Maij anno dominicæ incarnationis D C C C C V I . Indictione IX.

De ordinatione. Ex epistola Gelasij Papæ.

Decreta Gela-
si c. 11.

Ivo par. 6.

c. 74.

* Leg. id est,
primi & quar-

C C C C X L . Ordinationes Presbyterorum & Diaconorum , quæ nisi certis temporibus & diebus exerceri non debent , * quarti mensis jejunio , septimi , & decimi , sed etiam quadragesimalis initij ac mediana quadragesimæ die , sabbati jejunio circa vesperam noverint celebrandas ; nec cujuslibet utilitatis seu

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 199
Presbyterum seu Diaconum his præferre qui
ante ipsos fuerint ordinati , aliquis præsumat.

Qualiter Episcopus debet ordinem facere.
Ex Concilio Nannetensi.

CCCCXL I. Episcopus quando ordina-
tiones facere disponit , omnes qui ad sacrum
ministerium accedere volunt , feria quarta an-
te ipsam ordinationem evocandi sunt ad civi-
tatem unà cum Archipresbyteris qui eos re-
præsentare debent. Et tunc Episcopus è latere
suo dirigere debet sacerdotes & alios pruden-
tes viros gñaros legis divinæ & exercitatos in
ecclesiasticis sanctiōnibus , qui ordinandorum
vitam , genus , patriam , ætatem , institutio-
nem , locum ubi educati sunt , si sint bene lit-
terati , si in lege Domini instruēti , diligenter
investigent. Ante omnia , si fidem catholicam
firmiter teneant & verbis simplicibus adsere-
re queant. Ipsi autem quibus hoc committi-
tur cavere debent ne aut favoris gratia aut cu-
juscunque muneric cupiditate inlecti à vero
devient , ut indignum & minus idoneum ad
sacros gradus suscipiendos Episcopi manibus
applicant. Quod si fecerint , & ille qui indignè
accessit , ab altari removebitur , & illi qui do-
num sancti Spiritus vendere conati sunt , co-
ram Deo jam condemnati , ecclesiastica digni-
tate carebunt. Igitur per tres continuos dies
diligenter examinentur. Et sic sabbato , qui
probati inventi sunt , Episcopo repræsen-
tentur.

Concil. Nan-
net. c. 11.
Burchard. lib.
2. c. 1.

N iiij